



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, 1709**

XVII. Julii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Alexius multis precibus per Deiparam à Parentibus exoratus, sponſus nocte nuptiarum fugit, ut MARIÆ Virginitatem imitaretur. Edessæ in templi porticu degens, Beatissimæ Virginis alloquio recreatus, & proditus Romam rediit, ubi septemdecim annis in Domo Paterna occultus sub scalis delituit. *Surius*. His gradibus itur ad Astra.

S. Alexi Virgo, Sponse, qui opes, stemma, thalamos, omnia DEI, ejus Matris & Puritatis amore deseruisti, doce me ita amare caduca terrestria, ut per hæc æterna non amittam; doce me affectu illa pritis quàm corpore deserre, doce demum abjectum vivere in magna hac Dei Dome. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili &c. *fol. 192.*

Ad quod impetrandum: A primitiis alicujus fructus proximè abstinebo.

Bona est MARIA hominibus, quia per ipsam habent Redemptorem, Bona peccatoribus, quia per ipsam consequuntur veniam, Bona Justis, quia per ipsam obtinent perseverantiam. *S. Vinc. Fe. ser. 2. de Nat.*

Quæstio: An Beatissima Virgo Christum in Sanctissima Eucharistia existentem, oculis corporeis viderit? *v. Luv. Torres in selectis disputat. 15. dub. 3.*